



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. A. Tractatus De Privilegiis Ecclesiae

Zanchi, Lelio

Veronae, M. D. LXXXVI.

Avctor Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61627)



AVCTOR AD LECTOREM.



OCTISSIME & prudentissi-
me Viri cui datum est velle legere
has meas vigilias, admodum ani-
maduertendo videat, cui sint di-
rectæ, & quòd non coronabitur,
nisi qui legitime certauerit, cum
igitur Nob. Hyeronimus ex pe-

retorum progenie patria Montis Alti ortum traxerit,
& dum puritate cordis animique decoratus cogitauit
set huius seculi pericula & anfractus in quibus hæc fra-
gilis uita versatur futura prospiciens certa scientia du-
ctus, impossibile esse Deo, & Mammonæ seruire: Ideo
dulcissima patria charisque parentibus relictis, cælum
perspiciens terramq; contemnens in Ordine Minorū
Conuentualium S. Francisci ingressus mutato nomi-
ne vt moris est, felix appellatus, in quo ita vixit vt mo-
riturus virtute igitur Duce eū inter Apostolos connu-
merare, demum successorem Beati PETRI constitue-
re, & Papam SIXTVM. V. appellari DEO placuit,
qui si gaudet perfecto numero dispari, vt & ipse Deus
gaudet, ita si quæ res perfecta in secularibus actioni-
bus spiritualibusq; mysterijs reperitur in eo florere di-
gnoscitur ipse Dei amator eiusque fidei zelator & Hæ-
reticæ prauitatis inimicus est, hostes, & rebelles pa-
trix,

trię rapellit hylari fronte cum maxima liberalitate di-
stribuit sibi concessa, & nunquam parem habuit, im-
mo quòd ad talem cupiendum nobis locus datus non
fuiſſet donum est DEI, Itaque eum laudamus, & be-
nedicimus qui Pastorem SIXTVM. V. nobis tri-
buit non modo laudibus dignum verum etiam imita-
tione quia in celis sicuti in terra immortalis effectus
remanebit.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

ANTO-